REGVLA CANCE
LARIAE APOSTOLIC

Declaratoria ſuper collatione benefi
vacantium per obitũ familiarium
Cardinalium.



REGVLA CANCEL LARIAE APOSTOLICAE

Declaratoria ſuper collatione beneficioꝝ vacantium per obitum familiariũ Cardinalium.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dominus Clemens diuina prouidentia Papa vii. Qui alias uolens cuilibet Ius ſuum conſeruari veſtigiis ſe.re. Adriani Pape vi. predeceſſoris ſui inherẽdo quecũq; facultates & indulta conferendi beneficia Eccleſiaſtica ꝑ quoſcunq; predeceſſores ſuos Rom. Pont. q̄buſuis ſanctæ Ro. Ec. Cardinalibus tã ordinariis quã non ordinariis collatoribus per eũ conceſſa quod ad beneficia ad alioꝝ collatorum collationẽ, prouiſionem preſentationẽ electionem ſeu quãuis aliam diſpoſitionem

c e Iure uel conſuetudine aut alias quomo-
dolibet ſpectantia etiã ſi illis de corundẽ in-
feriorum collatorꝝ conſenſu cõceſſa fuiſſent
duntaxat per aliã conſtitutionẽ ſuã ſecunda
iunii, Põtificatus ſui anno Septimo in Can-
cellaria apoſtolica publicatã reuocauit &
annullauit, Et cui innotuit ꝙ propter diuer
ſitatem facultatum & indultorꝝ eiſdem Car
dinalibus ſuper conferendis per ſe uel alios
beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cu-
ra ſecularibus & regularibus ad eorum col-
lationem, prouiſionẽ, preſentationem, inſti-
tutionem ſeu quãuis aliam diſpoſitionẽ ra-
tione eccleſiarũ quibus præerant, & titulorꝝ
ſuorum ac Monaſteriorũ & aliorꝝ beneficio
rum eccleſiaſticorum per eos in titulum &
commendam ac alias pro tẽpore obtentorũ
cõmuniter uel diuiſim pertinentibus etiam
diſpoſitioni Apoſtolice ſpecialiter uel gene
raliter reſeruatis ſeu affectis extra Ro. Curiã
uacañ. perinde ac ſi gratie expectatiue ſpe-

ciales uel generales reſeruationes ac regule,
& conſtituriones beneficiorum reſeruatorie
diſpoſitioneſq; Ro. Pōtificis de illis ſic ua-
cantibus pro tēpore nullatenus emanaſſent
ac conſenſu eorūdē Cardinalium uel procu
ratorum ſuorum ad prouiſiones & quaſuis
alias diſpoſitiones de illis in dicta Curia ua
cantiū per Ro. Pōtificem faciendas in expe
ditione deſuper litterarū preſtādo, alioquin
prouiſiones & diſpoſitiones ro. pont. huiuſ
modi nulle forent cōceſſorum & uarias clau
ſulas in litteris ſup huiuſmodi facultatibus
& indultis confectis adiectas diuerſe con-
fuſiones & lites oriebantur & non ſolum ip
ſi inferiores ordinarii collatores grauati eſſe
noſcebantur ſed etiam diſpoſitiones Apo-
ſtolice de huiuſmodi beneficiis etiam per re
ſignationem apud ſedem Apoſtolicam ua-
cantibus ſepius impediebantur uolens ſup
hoc ut decet prouidere, ac huiuſmodi facul
tates & indulta ad rectitudinis ſemitam

iuſticia ſuadente reducere,& in melius refor
mare:Statuit & ordinauit ut cardinales ip⸗
ſi quoaduixerint ſoli per ſe uel aliũ ſeu alios
quem uel quos ad hoc duxerint deputan⸗
dum ſeu deputandos etiam quãdo & quo⸗
tiens eos de licentia ſua a Romana Curia
etiam ubilibet & ultra montes abeſſe conti
gerit de quibuſcunq; beneficiis eccleſiaſticis
cum cura uel ſine cura ſecularibus & quo⸗
rumuis ordinum regularibus que ad colla⸗
tionem,prouiſionẽ,preſentationem,electio⸗
nem,inſtitutionem,ſeu quãuis aliam ſimilẽ
uel disſimilem diſpoſitionem ſuam de iure
uel conſuetudine tam ratione titulorũ ſuoꝝ
Cardinalatuum ac Cathedralium, etiã me⸗
tropolitañ.quibus eos præeſſe contingeret,
quam etiam aliarum eccleſiarum ac quorũ⸗
cunq; Monaſteriorum etiã conſiſtorialium
Prioratuum prepoſiturarũ prepoſitatuum
dignitatum perſonatuũ adminiſtrationum
& officiorum aliorumque beneficiorum

eccleſiaſticorum ſecularium & quoruuis or
dinum regularium que ex conceſſione & di
ſpenſatione Apoſtolica in titulum & com-
mendam uel adminiſtratioñe aut quocūq3
alio titulo obtinebant & impoſterum obti-
nerent, communiter uel diuiſim quomodo-
libet & quocunq3 iure uel titulo pertinebāt,
uel ſpectabant, aut in futurum pertinere uel
ſpectare, contingeret etiā ſi ſecularia Cano-
nicatus & prebende dignitates etiam poſt
Pontificales maiores ſeu principales perſo-
natus adminiſtrationes uel officia in Cathe
dralibus: etiam Metropolitañ. uel collegia-
tis eccleſiis. Regularia uero monaſteria non
tamen conſiſtorialia Prioratus prepoſiture
prepoſitatus dignitates etiam conuentua-
les perſonatus adminiſtrationes uel officia
etiam clauſtralia fuerit & ad prioratus pre-
poſituras prepoſitatus dignitates perſona-
tus adminiſtrationes uel officia Canonica-
tus & prebeñ. ceteraq3 beneficia huiuſmodi

conſueuerūt ,qui per electionem aut queuis alium modum aſſumi , eiſq; cura immineat animarum ac beneficia huiuſmodi ex eo quia illa obtinentes aliquorū predeceſſorū ſuorum Romanorum Pontificum aut ſanctæ romane eccleſie Cardinalium etiam uiuentium familiares continui conmenſales aut dictæ ſedis Notarii,Subdiaconi,Accoliti, Capellani litterarum apoſtolicarum abbreuiatores & ſcriptores cubicularii,nuntii, aliiq; Romanæ Curiæ officiales quocūq; nomine nuncupati fuerint ſeu ex quauis alia cauſa diſpoſitioni apoſtolice ſpecialiter uel alias preterquam ratiōe familiaritatis cōtinue cōmenſalitatis familiarium ſuorum cōtinuorum cōmenſalium qui nunc ſunt , ſeu alias dum etiam Cardinalatus honore fungebatur fuerunt aut quādiu regimini militātis eccleſie prefuerit. erūt generaliter reſeruata uel ex generali reſeruatione apoſt. affecta exiſtant ſeu fuerint, que extra dictam Curiā

quomodolibet etiam illorum commendis
ceſſantibus uacare cõtigerit quibuſuis per-
ſonis de quibus ſibi uidebitur etiã quecunq;
quotcũq; & qualiacũq; beneficia eccleſiaſti
ca cum cura & ſine cura obtinẽtibus & ex-
pectañ. prouidere, & illa eis conferre, ac de
illis alias diſponere libere & licite ualeant
perinde ac ſi collatiões & cõmende ſue ex-
pectatiuæ gratiæ ſpeciales reſeruationes,
uniones, annexiones, & incorporationes
mandata etiam de uniendo & queuis alie
diſpoſitiones etiam eiuſdem .S. Romanæ
Eccleſiæ Cardinalibus etiã motu proprio
uel ad eorum inſtantiam hactenus conceſſa
uel impoſterum concedenda, tam per ſancti
tatem ſuam ſeu Romanum Põtificem pro
tempore exiſtente quam legatos de latere,
& cardinales quoſcunq; etiam Motu ſimili
& ex certa ſcientia ac cũ quibuſuis pregnan
tibus & efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis
non emanaſſent, ſeu emanarint & quod re-

gule Cancellariæ Apoſtolicæ dignitatum maiorum & principalium aliorumq; benefi ciorum etiam Cardinalium aut Ro. Pont. non tamen ſanctitatis ſuæ familliarium con tinuorum cōmenſalium ſeu eorūdem & di ctæ ſedis officialium ſeu alias quouis modo reſeruatiões generales uel ſpeciales cõtineñ. ſiue inducétes cōſtitutiones aut alias quo modolibet affectionem facientes ad dicta monaſteria prioratus prepoſituras prepoſi tatus dignitates perſonatus adminiſtratio nes officia canonicatus & prebendas aliaq; beneficia nullatenus ſe extendant, ſed de ip ſis que pro tempore quomodolibet extra Curiam predictam etiam ceſſantibus com mendis illorum quæ cōmendata fuerūt ua care contigerit ut pr. fertur libere diſponāt perinde ac ſi collationes & commende ſuæ gratiæ expectatiuæ, ſpeciales & alie reſerua tiones, affectiones, uniones; conſtitutiones, & mādata huiuſmodi nō apparent. Si uero

in dicta Curia per obitū uel promotionem
aut quamuis aliam dimiſſionem preterquā
per reſignationē in manibus ſanctitatis ſuæ
aut ſucceſſorum ſuorum romanoꝝ Pontifi
cum uacare, & de illis ſic uacantibus uel ua
caturis per eandem ſanctitatem ſuam uel
ſedem prædictam, diſponi contigerit, etiam
ſi beneficia huiuſmodi etiam ex quauis cau
ſa etiam ex eo quod illa obtinentes pro tem
pore dictæ ſedis Notarii, Subdiaconi, Acco
lati, Capellani, Cubicularii, Nuntii, Abbre-
uiatores & Scriptores, ſeu alii Officiales
aut quauis alia qualitate aliquā aliam gene
ralem reſeruationem uel affectionem indu-
centes qualificati aut predeceſſorum ſuorū
Romanorum Pontificum, ſeu aliorum eiuſ-
dem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium etiam
tunc uiuentium, non tamen ſui ut prefertur
familiares continui cōmenſales fuerint uel
exiſtant diſpoſiitioni Apoſtolice generaliter
reſeruata fuerint & ipſi officiales ac familia

res beneficia huiuſmodi comende uel unio-
nis aut quouis alio titulo obtinuerint ꝙ in expeditione litterarum Apoſtolicarum ſup illorum collatione,& prouiſione huiuſmodi ac commenda aut quauis alia diſpoſitione Eccleſiis tamen Cathedralibus & monaſteriis conſiſtorialibus exceptis tunc ipſorum Cardinalium ſi in eadē Curia preſentes fuerunt per ſeipſos. Si uero eos ab illa etiā pro ſua uoluntate ubilibet , etiam ultra montes de licētia ſanctitatis ſue abeſſe cōtigerit eoꝝ ad id per eos deputati procuratoris expreſſus accedat aſſenſus , alioquin gratie & littere deſuper conficiende nullius ſint roboris uel momenti decernens reſeruationes, affectiones regulas,cōſtitutiones, ordinationes,collationes & cōmendas gratias expectatiuas reualidationes, extenſiones,mutationes,nominationes, facultates,uniones & mandata ac decreta in illis contenta quoad impediēdum dictos Cardinales quominus

in premiſſis ſua ordinaria auctoritate uti ualeant ut prefertur ad dicta beneficia ad eorũ diſpoſitionem ut prefertur pertinentia nullatenus ſe extendere, ac per quoſcũq; etiam ſedis Apoſtolicæ, Legatos etiam de latere, & Nuntios nunc & pro tempore deputatos quauis etiam ſpeciali facultate fungentes de beneficiis predictis nullatenus prouideri uel diſponi poſſe, ac irritum & inaue ſi ſecus ſuper premiſſis a quoquam quauis auctoritate etiã per S. ſuam & dictos Legatos ac nũtios ſcienter uel ignoranter contigerit attemptari etiam quecũq; alia indulta eiſdem Cardinalibus ſuper conferẽdis beneficiis Ecclesiaſticis & eorum conſenſu in diſpoſitionibus illorum apud ſedẽ predictam uacantium requirẽdo per quoſcunq; Rom. Pontifices predeceſſores ſuos, ac per S. ſuã tam ſub plumbo quã in forma breuis etiã Motu ſimili & extra ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cũ quibuſuis

Prohibitoriis ac derogatoriarum derogato
riis & aliis etiam quantumcūq; efficaciſſi-
mis & inſolitis clauſulis irritātibuſq; & aliis
decretis hactenus contra formam & tenorē
preſentis conſtitution̄. quomodolibet con
ceſſa quorum omnium tenores formas & ef
fectus ſanctitas ſua haberi uoluit pro ſuffici
enter expreſſis reuocauit & annullauit ac
quicquid ipſorum ſic reuocatorum indulto
rum pretextu per ipſos Cardinales fieri &
attemptari cōtigerit nullius roboris uel mo
menti fore decreuit. Volens nihilominus
quod hii quibus iidē Cardinales aliqua be-
neficia eccleſiaſtica reſeruata uel affecta hu-
iuſmodi quorū fruct. &c. xx. quatuor du-
catos an. de camera ſecundum communem
extimationem ualorem annuum excedant
indultorum huiuſmodi uigore p ſe uel aliū
contulerint infra quatuor ſi citra, & octo
menſes ſi ultra mōtes collationes ipſe fiant
a tempore habite poſſeſſion̄. eorundem

beneficiorum computandum nouas prouiſiones ſuper beneficiis ipſis ſic conferen is a ſede predicta impetrare & litteras deſup in totum expedire, ac annatã propterea Camere Apoſtolicæ debitam cum effectu ſoluere teneantur alioquin eiſdem lapſis menſibus beneficia ipſa uacare cenſeantur eo ipſo. Poſuitq; per alios a ſede predicta duntaxat libere impetrari niſi illi quibus collata fuerint legitimo ſint impedimento detenti uel ipſis petentibus huiuſmodi nouas prouiſiones & proteſtantibus quod pe eos non ſtat, contigerit illas ſibi denegari Et inſuper &c.

Placet publicetur & deſcribatur · I.

Lecta & publicata fuit ſupra ſcripta Regula Romq in Cancellaria Apoſtolica die Tertia menſis Octobris anno Dñi M. D. xxxi. Põtifitatus S. D. N. anno Eius Octauo.

610,825